



Modvs Frvctvose Celebrandi Missam

**Giustinelli, Pietro
Belli, Domenico**

München, 1649

Oratio.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55294)

Celebrandi Missam. 65

Die Mercurij.

Reuocabis in mentē Christi in deserto facta ieiunia sanctamque eius prædicationem, dicendo :

Oratio.

Offero tibi o æterne Pater ad honorem & gloriam tuam, in meam & totius mundi salutem, quadraginta dierum ac noctium ieiunium Benedicti Filij tui in deserto: sitim ac famem quam inibi perpessus, eius inter siluestres bestias humi cubationem seu dormitionem, ex intimo corde eius emissa suspiria: sparsas ex purissimis eius oculis lachrymas: ardentissimas pro

totius mundi salute, & suis E-
lectis, fufas orationes: mole-
ftas à Dæmone toleratas ten-
tationes. Pro quibus omni-
bus gratias tibi ago, te infinite
amo & benedico, petens per
illius Myfterij merita pœnitē-
tiæ amorem, mearum passio-
num mortificationem, oratio-
nis studium, & omnes meas
tentationes vincendi fortitu-
dinem. Præterea.

Offero tibi ô clementissime
Domine, multos & graues il-
lius prædicationis labores, ar-
dentiffimum tuæ gloriæ, &
salutis animarum zelum: fu-
dores, moleftias, & quas per-
peffus est fatigationes: o-
dia, rancores, persecutio-
nes, quibus eum scelerati Iu-
dæi

dei infectati sunt. Itinera, discursus nunc in hunc; nunc in alium pro salute animarum discurrendo locum; in orationibus pernoctando.

Pro hisce omnibus infinitas tibi ago gratias, te amo, & benedico, petendo per merita prædictorum ardentem zelū eæ gloriæ, & salutis animarum: desiderium indefessè me affligendi, & exercendi per ea, nec non magnanimitatem, viriliter superandi omnes difficultates in tuo sancto servicio occurrentes, Amen.

Die Iovis.

Memor eris Capitularia
& Deductiōis Christi ad

Ab